

A 222 F VIII.

20nam
PARAPHERNA AVGVSTA,

QVEIS

PER ILLUSTRIBVS NEO-SPONSIS

FRANCISCO

PRINI,

ET

HELENÆ VES-
SELENI,

QVARTO NONAS AVGVSTAS
APPLAVSIT

EMERICVS PRINI

IN

VNIVERSITATE TYR-
NAVIENSI

Rhetor.

POSONII, M. DC. XXXVII.

Regi nyomatványok, / 1714. Redvány: / 319. 18. J. /

207



PROLOQVIM

Darapherna, dona Nuptialia veteribus, adfero, Neo-
 Sponsi: Augusta illa quidem, à Vobis, ab Antiquita-
 te, & à Mense; nisi illa tenuiores & temporis, &
 calami angustie expressissent. Quia enim ita propè
 ad Augustas Regum, seu Hungaria Apostolicorū, seu
 Polonia Victoriosorum Regias accessistis, ut nota jam pridem P E-
 RENIORVM gloria, in Emerico, ad Palatinalē usque
 Pro Regis Hungarici majestatem provolarit; VESSELENI-
 O RV M verò, adita in Francisco Vesseleni virtus, digna fue-
 rit Stephano Bathorio Polonorum Rege Invictissimo, non ad-
 miratore tantum, & laudatore; verum etiam amatore, & amico:
 laudem, quò esset & augustior, & secundior, ab ipsa secundā Au-
 gusti die, quæ & Victoriosa olim Annibali, & nunc Vobis Nuptia-
 lis est, desumendam existimavi. Atrum hunc quidem Romani Fa-
 sti diem asserunt; utpòte eum clade ad Cannas memorabili mise-
 randum experti: candidus tamen ivit Victori Annibali, cum Mago
 victoris Frater, victoriae Fraternalis nuncius, tribus & amplius pro-
 nuborum Annulorum, quos ab hoste reportarat, modis, Byrsam
 Fratri, seu Carthaginem, desponsaret. Quod ipsum ego, fide non
 Punicâ, sed Fraternali, affectu emulo, numero verò gemmis annu-
 laribus potiùs, quàm Poëticiis ditioze, dum facio; unâ Sponsi
 2 Leo.

Regl. nyomtatványok, 1717. évt. Radvány: /319. 18. J. /

Leones gentilitios, & Coronas, & Sponsa Pennas, Ceto-
que Semi-Leones in sculpo annulis: Tyndaridis Helena amulo-
rum non immemor, quorum in fundis, palisve, asterites pisce que
scripserat ob signabat. Ita pisces etiam extra Clitorem vocales sunt
nonnunquam. At ego me ad Parapherna annularia, seu Dotem
Homericam, consanguineis Thalassius largiendam accingo: Vos
macli estote animi, Per Illustris Neo Sponsi; hisque Annulis, an-
nos æternos vivite.

TV VERO,



I Fe-

I Fescenninis, infamis Musa, theatris.
Infames nolo, poppismata sordida, ructus
Quos ancilla nigro prouocat peña quasillo.
Augustos canimus festo sub syrmate Soles.
Pangite Vatidicos hodierno Sole Thalassos,

Circumboantes fulmine Martio

Decemplicati per Iouis orbitam

Quis quasat orbes? Arma terris

Fulmineas meditantur iras.

Bellona quorsum sanguibibos vocat

In vulnus enses? Centimanos tremunt

An astra montes? Saxeosne

Ætna furens jaculatur arcus?

En Adrianus sub Iove saxeo

Ager tremiscit: Romuleæ Lupæ

Bos, Væ minatur: fulminata

Spes: rubeis natat Alba lymphis.

At quas querelas dat Lupa Castoris

Nutrix Quirini? Nunc Leo, nunc Tigris

Rancat, rugitu dum sinistro

Vult veteres geminare Cannas:

A 3

Phce-

Phœbumq; Nocti cedere flammis
Iubet quadrigis: increpat Hesperum.
Et calculatrix urna nigro
Meridiem tenebrat lapillo.
At Chrysolingui Phœbus adoreâ
Sereniores excutiens die
Flammante vultus: Parce nigris
Hos radios temerare pallis,
Inquit: nitentes in pharetras ego
Misi lapillos: diphthera lætior
Secunda spondet sub secundis,
Quas hodie moderor, quadrigis.
At illa: Fastis semper erit dies
Hic ater, inquit: tu licet immemor
Nostri hunc serenes. tam nefastus
Martigenis fuit ille pullis.
Cristatus alter mox radium comis
Effundit orbi: flamma volat: volat
Ad candicantes lux lapillos.
Lux niveis veniens pharetris.
Et vox quadrigis mista sonantibus;
Vidi Quirinæ fulmen adorcæ,
Clamat: Cruento quando Marte
Mars proprios tumulavit ausus.
Pœni Leonis fulmina, postero

Cannas

20nam e. 2in
1
Cannas natantes sanguine Romuli,
Paulosque victos, dum Maharbal
Fulmineas animat machæras:
Tum Roma vixit! Tum stetit Annibal,
Vespillo factus Nominis inclyti:
Et Consulari trux cruore
Romulæa nece terfit ensem.
Tu terge frontem, ac nubibus expedi.
At vos, quadrigæ, spumea mandite
Iam lora: densas nare, crine,
Vngue, oculis, hilarate nubes.
Dixit: lupatos & radiantibus
Simul lacertis corripientis, jubet
Horas, Oramq; & flammicantem
Hersiliam residere curru.
Ac dum quadrigæ corripunt viam,
Nunc PRINIANIS, inquit, honoribus
Par danda Coniunx. Vos faveto,
Phœbus erit Paranympus, Horæ.
At Hora Cæli præses, & arbitra,
Tunc clepsyratam fortè levans manum;
Quis ille, dixit, Sponsus? Ille,
Cujus avos, proavosq; vidi
Dobosiano surgere stemmate,
Magnasque magnis linquere posteris

A 4

Aves;

Hanc Sol coruscis irradians comis
Nubi involutam, Connubialibus
Mittit Thalassis: annulosque
Byrsa dedit: spoliū Quirino
Cruore Cannæ quod manibus dabant
Victis, Leoni laurea Punico
Cum celsit omnis: Mago Byrsam
Cum modis tribus annulavit.
Hos Phœbus ipso Cardine Curia
Tunc centiformi attraxerat Iride.
PERENIIS, & VESSELENIIS
Nunc voluit dare dona tædis:
Ite, inquit; ite ad Magnificas PRINI
Et VESSELENI, munera, dexteras!
Hæc præliando vos paravit
Lux; geminis dabit ista Sponsis
Vt audit Atlas, commovet occiput:
Mox fœta nubes annuleos sinu
Exaggerato fudit imbres,
Hunniacis nova dona Sponsis.
Quis tanta Pollux Castore cum suo
Dedit Sorori? Non Helenas loquor
Sepulchra Trojæ. Sunt & isti
Tyndaridæ gemini: togâ iste,
Sago ille Magnus: nupera Cynthiæ

Quem

2000000 5 310
10
Quem fluctuantis cornua Martium
Dixere pullum: quem cruentâ
Fama vehit celebrem sarisâ.
Nunc annulatis nubifragum diem,
Diem secundum claudimus imbribus.
I Phœbe; Donis adde Vota,
Vota, Tuis animata chordis.
Nunc annularès, pronuba dextera,
Capeſse nimbos. Hos tibi divite
Augustus imbres sudat astro,
Nobile par geminæ phalangis.
Æternitatem circinat annulus;
Spondetque vitam. Vivite! posteris
Nomen daturi. grande Nomen,
Par & avis, atavisque Nomen.
Ergo pudicâ, Cynthie Phidias,
Manu, annulari nil Adamantinos
Præter lapillos junge palæ:
SIC UT AMENT, UT AMENTUR ASTRI.



Regl. nyomatstványok, All. lvt., Radvány: /319.18.3./